

CLASSICAL ASSOCIATION OF THE  
MIDDLE WEST AND SOUTH

2002 School Awards Examination

Write a neat and legible translation of the following passage on every other line in the examination booklet provided. Translate as literally as possible without violating English idiom. The two pages of the test may be separated and marked as you wish, but only translation written on pages attached in the bluebook can be considered. Vocabulary aids are given on the second sheet for the words and phrases marked in *italics*.

Time limit: one hour.

Before you start, read through the Latin several times in order to comprehend the general sense. Use the context for help with unfamiliar words. Informed guesses are encouraged; there is no right-minus-wrong penalty for an incorrect conjecture, whereas no credit can be given for English blanks. Scansion often clarifies ambiguities, since long vowels may differentiate cases, and caesurae normally reflect units of thought and sense.

While wandering through the woods Actaeon happens upon and surprises Diana who is bathing with her nymphs.

<i>qui simul intravit rorantia fontibus antra,</i>	177
<i>sicut erant, viso nudaē sua pectora nymphae</i>	
<i>percussere viro, subitisque ululatibus omne</i>	
<i>implevere nemus circumfusaeque Dianam</i>	180
corporibus texere suis; tamen altior illis	
ipsa dea est colloque <i>tenus supereminet</i> omnes.	
qui <i>color infectis adversi solis</i> ab ictu	
nubibus esse solet aut purpureae aurorae,	
<i>is fuit in vultu visae sine veste Dianae.</i>	185
quae quamquam comitum turba est <i>stipata</i> suarum,	
<i>in latus obliquum tamen adstitit</i> oraque retro	
flexit, et ut vellet <i>promptas</i> habuisse sagittas,	
quas habuit sic hausit aquas vultumque virilem	
<i>perfudit</i> , spargensque comas <i>ultricibus</i> undis	190
<i>addidit</i> haec <i>cladis praenuntia</i> verba futurae:	
"nunc tibi me posito visam <i>velamine</i> narres,	
si poteris narrare, licet." nec plura <i>minata</i>	
dat sparso capiti <i>vivacis</i> cornua cervi,	
dat spatium collo summasque <i>cacuminat</i> aures,	195
cum pedibusque manus. cum longis brachia mutat	
cruribus et velat maculoso <i>vellere</i> corpus.	
<i>additus</i> et pavor est. fugit <i>Autonoeius</i> heros	
et se tam celerem cursu miratur in ipso.	
ut vero vultus et cornua vidit in unda,	200
"me miserum!" dicturus erat: vox nulla secuta est.	
ingemuit: vox illa fuit, lacrimaeque per ora	
non sua fluxerunt; mens tantum pristina mansit.	
quid faciat? repetatne domum et regalia tecta	
an lateat silvis? pudor hoc, timor impedit illud.	205

Ovid, *Metamorphoses* 3. 177-205

## VOCABULARY AND NOTES

- 177 **qui:** refers to Actaeon  
**rorantia:** from roro: "drip"
- 179 **percussere:** from percutio: "beat hard"  
**ululatibus:** from ululatus: "crying"
- 180 **implevere:** from impleo: "fill up"  
**circumfusae:** from circumfundo: "surround"
- 182 **tenus:** preposition with abl., always placed after the noun: "as far as"  
**supereminet:** superemineo: "tower over"
- 183 **color:** masc. noun: "color"  
**infectis:** from inficio: "tint"  
**adversi:** from adversus: "turned toward," or "opposite," here "setting"
- 185 **is:** refers to color, l. 183, and is the antecedent of qui, l. 183
- 186 **stipata:** from stipo: "press around," or "surround"
- 187 **in latus obliquum tamen adstitit:** "she, however, turned aside"
- 188 **promptas:** "ready," or "at hand"
- 190 **perfudit:** from perfundo: "pour over"  
**ultricibus:** from ultrix: "avenging"
- 191 **addidit:** from addo: "add"  
**cladis:** from clades: "misfortune"  
**praenuntia:** "foreboding"
- 192 **velamine:** from velamen: "clothing"
- 193 **minata:** from minor: "threaten"
- 194 **vivacis:** from vivax: "long-lived"
- 195 **cacuminat:** from cacumino: "make pointed"
- 197 **vellere:** from vellus: fur
- 198 **additus:** from addo: "add"

Please verify that your name (in capital letters), school, school address, and home address are clearly written on the cover of the examination booklet.